





1777, 26 b

PROCANCELLARIVS  
D. AVG. FRIDER. SIGISM. GREEN

SVPR. CVR. PROV. ET FACVLT. IVRID. LIPS. ASSESSOR,  
VRBISQVE SENATOR

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
VIRO AMPLISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
M. IO. SAMVEL TRAVG. GEHLER


GORLICIO - LVSATO

DIE XXVII. FEBR. CIOCCCLXXVII.

C O N F E R E N D O S  
I N D I C I T

---

*De renunciatione praescriptionis in cambio.*



D E  
RENVNCIATIONE PRAESCRIPTIONIS  
IN CAMBIO.

**R**igor iuris cambialis, licet fauori commerciorum originem suam debeat, tamen, quia debitorem, solutione haud secuta, contra libertatis naturalis rationem ad carcerem obligat, arctis, quantum fieri potest, limitibus includendus videtur. Inde factum, vt cambiis, secundum plerorumque locorum leges, breuiori tempore, ac aliis obligationibus, praescribatur. Haec praescriptio in Saxonia Electorali, ratione mercatorum Ord. Camb. Lips. §. XXXII. in trassatis vt vocant, cambiis, ad quatuor hebdomades, in propriis autem cambiis ad annum et diem, qui tamen, mortuo interea creditore, vel, si piis causis competit debitum, duplicatur, restricta est, adeo, vt effluxo hoc spatio litterae cambiales omni plane valore destituantur, cum e contrario ex reliquis cambiis per Append. Ord. Rec. §. XVI. per quadriennium cambialiter, postea vero, saltim executiue agi possit. Cum vero dubium videatur, vtum dispositio §. XXXII. Ord. Camb. ad ea quoque cambia, quorum debitor quidem, non autem creditor, mercaturam facit, sit trahenda, Rescripto d. 22. Aprilis anni MDCCCLXVIII. ad Senatum huius urbis emisso, secuta est authentica Summi Legislatoris interpretatio, qua cauetur: omnia cambia propria a mercatoribus, qui Lipsiae degunt vel mercaturae ibi operam dant, ibique deprehenduntur, data, nisi in continenti doceatur debito nec mercaturam, nec mutuum, causam dedisse, sine discrimine, creditor sit mercator, nec ne, coram Iudicio Mercatorio, aut Praetorio Lips. in litem deducta, praescriptioni annali, vel biennali laudatae §. XXXII. Ord. Camb. subesse, cambia vero, intuitu mercaturae haud contracta, et quae non ex mutuo, sed ex aliis contractibus proueniunt, secundum §. XVI. App. Ord.

## IV

Rec. diiudicanda esse, et quadriennio demum praescribi: nec minus cambia, de rebus, vel debitis, ad mercaturam spectantibus, data, si creditor mercator non sit, elapso quoque anno, vel biennio, in vim chirographi, ex quo executivae agi possit, valere. Ex quibus patet, I. hanc legem de cambiis trassatis non agere. De his enim nullum dubium est, quin §. XXXII. Ord. Camb. indistincte ad ea sit trahenda, cum hoc statutum, mercatoribus proprium, eiusmodi negotiis formam dederit, eaque, cum ipsa non immerito pro mercibus habeantur, ideoque alius generis homines iisdem valide se obligare nequeant, *SIEGEL Fürsicht. Wechs. Gläub. P. 2. C. 3. §. 4.* ratione praescriptionis solum ex illo, statuto diiudicentur. II. Praecipit Rescriptum, in cambiis ita dictis propriis, a mercatore datis, ad causam solum respiciendum esse, an a mercatura proficiantur, sine discrimine, an creditor sit mercator, nec ne. III. Causis ad mercaturam spectantibus indistincte annumerat pecuniam, quam mercator mutuum accepit. IV. Disponit, in cambiis propriis mercatorum praesumi, eadem intuitu mercaturae data esse, ideoque praescriptionem §phi XXXII. locum sibi vindicare, nisi contrarium in continenti demonstretur. V. Idem praecipit, siue coram Iudicio Mercatorio, siue coram Praetorio Lips. sit ventilata. VI. In cambiis mercatorum, quae nec ex mutuo, nec ex mercatura, proficiuntur, praescriptionem quadriennii §. XVI. App. O. R., non annalem, locum inuenire, denique VII. Quaelibet cambia, a mercatore data, licet commercium respiciant, si creditor non sit mercator, et postpraescriptum ius cambiale, tanquam chirographa valere iubet.

Cum itaque tam brevi temporis spatio rigor cambialis extinguatur praescriptione, non raro debitor cambialis huic exceptioni renunciare solet. Vnde quaeritur:

An contra debitorem, qui praescriptionis exceptioni renunciauit, effluxo tempore, cambialiter agi possit?

Quaestio haec eo redit, an praescriptioni in genere renunciari liceat? Quod quidem primo intuitu negandum videri posset.

set.

V

fer, quia praescriptio, aequae ac usufructus, bono publico introducta est, l. 1. D. d. usurpat. ne scilicet lites in infinitum protrahantur. Cum itaque omnibus actionibus personalibus triginta annis praescribatur, l. 3. C. d. praescri. XXX. vel XL. ann. quid impedit, quo minus eandem praescriptionem, tanquam ultimum terminum omnium obligationum personalium, et renunciationi praescriptionis obiciamus, illamque cum actione extinguere afferamus, sicque eiusmodi renunciationi effectum denegemus? Ipsa ratio legum id postulare videtur, quae iis, quae boni publici causa sunt introducta, priuatorum pactis derogare posse negant, nec testatori permittunt, ut disponat, ne leges in suo testamento locum habeant. l. 55. D. d. leg. I. Hanc quoque negatiuam defendunt BART. ad d. l. 55. no. 19. sqq. GAIL. Lib. II. Obs. 18. no. 2. CAEPOLLA Cautel. XCIV. no. 1. 2. et alii, qui simul prouocant ad l. 45. §. 1. D. de leg. II. ex qua eiusmodi renunciationem effectum destitui arguunt. Si vero praescriptionis renunciationi, iam per se considerata, est inualida, multo minus ea procedat in cambiis, quorum rigorem, magis coarctandum, quam extendendum esse, supra monuimus. Si vero vrget, debitori cambiari, qui praescriptioni renunciauit, bonam fidem, alias ad praescriptionem necessariam, plane deesse, regero, eam in praescriptione actionum personalium haud requiri, BOEHMER Ius Ecclesiast. T. I. L. II. T. XXVI. §. 56. Illustr. HOMMEL Rhapsod. Obs. CCVIII. eamque in cambiari praescriptione eo maiori iure exulare, cum in supra laudatis legibus Sax. summus Legislator ad solum temporis lapsum, nulla habita ratione, an in bona fide constitutus sit debitor, necne, eandem admittat. Accedit, quod, cambio licet praescripto, rigor cambiari solum cesset, debitum ipsum vero minime extinguatur, sed, inter mercatores, ordinario, alias autem executiuo, processu, peti possit.

Sed hae rationes, quamuis speciosae, tamen tanti ponderis non sunt, ut iis subscribamus. Nobis enim persuasum est, praescriptioni non minus, ac aliis beneficiis, legum, renun-

## VI

nunciari licere, et eiusmodi renunciationem nulla lege prohiberi. Quae enim in contrarium adducuntur leges, illud minime probant. Nam regula, quod iis, quae boni publici causa introducta sunt, priuatorum pactis derogari haud possit, ad ea, quae in alicuius fauorem disposita sunt, non est extendenda. Nec accipienda est *l. 55. D. d. legat. I.* de eiusmodi iuribus, quae testatori sunt concessa, de quibus in vltima voluntate illum remittere posse, nullum dubium est. Neque *L. 45. §. 1. D. d. leg. II.* quae de renunciatione legati ante existentem conditionem vel diem agit, huc trahi potest. Tandem *l. 3. C. d. praescr. 30. l. 40. ann.* actiones quidem personales XXX. annis expirant; an vero hoc quoque procedat, si praescriptioni est renunciatum, dispositum non est. Potius, facto hominum praescriptionem excludi, exemplo est retrovenditio, quae ad certum tempus haud est restricta. *Const. El. I. P. II. GAIL P. II. Obs. 18. no. 4. sqq. HORN Cl. XI. Resp. XXX. no. 3.* Iure itaque nostro defendimus, praescriptionem plane non currere, modo expressis verbis illi renunciauerit debitor, per *l. 4. §. 4. D. si quis caut. MENCKEN Pand. L. 44. T. I. §. 27.*

Si vero et longissimi temporis praescriptio renunciatione tolli potest, multo magis haec effectu gaudebit in iis negotiis, quorum praescriptio breuiori tempore absoluitur, vt in cambiis, quippe cuius renunciatione, quia strictissimae interpretationis est, debitor obligationem non ab omni praescriptione eximit, sed illam solum, quam ius cambiale praefigit, ad terminum, quo iure communi omnes actiones personales extinguuntur, extendit.

Haec, quae diximus; illustrabit Responsum Ordinis nostri, Mensē Maio A. MDCCCLXXV datum, huius fere tenoris:

*Hat der Jude A. b. A. A. sub dato Leipziger Jubilate-Messe 1770. einen in der Michaelis-Messe gedachten Jahres zahlbaren Wechselbrief über 717 Rthlr. 12 gr. in Ducaten a 3 Rthlr. ausgefallet, und darinnen zugleich,*

*aller Mess- und andern Freyheiten aller Orten, sowohl aller Wechsel- Verjährung, oder Präscription des Wechsel-Rechtes, so nach*



nach Leipziger und anderer Orten Wechsel- und Gerichts-Ordnungen eingeführt, sich begeben; daher darüber:

- I. Ob sothanan Wechsel nach Verfluß eines Jahres und Tages, von der Verfallzeit ungerchnet, für verjährt und ungültig zu achten? Und
- II. Ob die Begebung der Verjährung in Wechseln überhaupt gänzlich verboten, oder unzulässig und widerrechtlich sey?

Unser denen Gesetzen gemäßer Unterricht begehret wird.

Ob nun wohl in der Leipziger Wechsel-Ordnung §. XXXII. und deren im Jahre 1768. erfolgten Erläuterung ausdrücklich versehen, daß ein eigener Wechsel, wenn der Aussteller sowohl, als der Gläubiger, Kaufleute sind, daferne nicht daraus geklaget worden, nach Verfluß Jahr und Tages von der Verfallzeit an, seine Gültigkeit gänzlich verliere, und nach solcher Zeit nicht einmahl als eine Handschrift zu betrachten sey: mithin der Gläubiger nachher genöthiget ist, seine Forderung in dem ordenlichen Proceße durch andere Beweismittel darzuthun: dem Umstand auch, daß der Wechsel-Schuldner der Verjährung entsaget habe, nach der Meinung verschiedener Rechtsgelehrten entgegen gesetzt werden dürfte, daß die Präscription in der heilsamen Absicht, um dadurch das Vermögen der Unterthanen in Gewißheit zu stellen, durch öffentliche Gesetze eingeführt sey, daher, wenn derselben gültiger Weise entsaget werden könnte, die Rechtshündel zu keiner Zeit ihre Endschafft erreichen würden, auch überhaupt nach der bekannten Rechts-Regul dem iuri publico durch Verträge derer Privat-Personen seine Kraft nicht entzogen werden möge:

a. l. i. D. de vsucap., l. 45. §. i. D. d. legat. II.

GAIL. Lib. II. Obs. 18. no. 2 TBOENICKER Adv. prud.

in for. civ. Sect. VI. §. 5. no. XII. p. 93.

hiernächst bey Verjährung derer Wechsel noch dieses beytritt, daß theils der strenge, von der übrigen Verordnung derer Gesetze gänzlich abweichende Lauf des Wechsel-Rechtes dessen Einschränkung auf einen engeren Zeitraum gewissermassen nothwendig macht, theils aber der von einem Kaufmanne ausgestellte Wechsel angeführtermassen nach Verfluß der zur Verjährung bestimmten Zeit nicht einmahl

wei-

weiter die Eigenschaft einer Handschrift behält, sondern, als ob er gar nicht vorhanden sey, dafür gehalten wird: solchemnach, daß auch auf die darinnen beschehene Renunciacion der Verjährung keine Rücksicht zu nehmen, vielmehr diese, nebst der Urkunde selbst, für verjährt anzusehen sey, nicht ohne alle Wahrscheinlichkeit angeführt werden möchte: *Dennoch* aber und dieweil obbemerkte Gesetze anhero keinesweges zu ziehen, anerwogen l. 1. D. d. vsicap. die gegenwärtige Frage gar nicht entscheidet, l. 45. d. leg. II. aber von der Begebung eines legati redet, welches, weil die Bedingung, oßer die bestimmte Zeit noch nicht vorhanden, dem Legatario nicht angefallen ist, daher die darinnen enthaltene Verordnung auf obligationem puram, dergleichen in Wechselln vorhanden, keinesweges zu erstrecken, da vielmehr der Satz, als ob der Verjährung nicht entsaget werden möge, daferne auch solcher nicht, wie von vielen geschichet, als ganz ungegründet angesehen werden wollte, dennoch, in allem Betracht, wenigstens nicht ohne Einschränkung statt finden kann: immassen, wenn man auch annähme, daß die aus einer dergleichen Renunciacion dem Gegentheile erwachsende Gerechtfame eben so, wie alle übrige Personal-Ansprüche, nach denen gemeinen Rechten in dreyszig Jahren, denen sächsischen Rechten gemäß aber, in ein und dreyszig Jahren, sechs Wochen, und drey Tagen erlöschen, folglich, daß der Schuldner, welcher in der Verschreibung der Präscription sich begeben, nach Ablauf gedachter Zeit selbst wider diese Renunciacion durch deren Verjährung sicher gestellet werde, gleichwohl solches auf den Fall, wenn die Präscription an einen kürzeren Zeitraum, als die Rechte bey andern gemeinen Handlungen erfordern, gebunden ist, keine Anwendung finden würde, indem kein hinreichender Grund angezogen werden mag, weshalb der Schuldner dieser, gleich anderer ihm zu gute geordneter Rechtswohlthaten, zu entsagen, nicht ebenfals berechtiget seyn sollte: anerwogen solches in denen Gesetzen keinesweges ausdrücklich verboten: die in denen Zweifels-Gründen dawider angeführte Rechts-Regul aber, daß nemlich denen Privat-Personen nicht zukomme, durch Verträge denen öffentlichen Rechten zu derogiren, darauf, wenn die Gesetze einem zum Besten etwas verordnen,

kei-

keinesweges zu erstrecken, da bekanntermassen einem jeden frey steht, *em iuri pro se introducto* zu renunciiren, sothane Rechts-Regulirung, gegenwärtig um so weniger statt finden kann, weil der Aussteller des Wechsels bey der renunciacione praescriptionis nicht die Meinung gehabt, sothane Ausflucht auf immer auszuschliessen, sondern das Wechsel-Recht nur bis zu dem Zeit-Punkte, in welchen alle persönliche Ansprüche durch Verjährung ihre Endschafft erreichen, zu verlängern; die Gültigkeit dieses Unternehmens auch un-deswillen nicht bezweifelt werden mag, da dem Wechsel-Schuldner unbenommen bleibt, sich dem Leipziger, oder einem andern Wechsel-Rechte in der Verschreibung zu unterwerfen, wenn schon solches nach Gelegenheit eine strengere Art der Verbindlichkeit mit sich führet, mithin keinesweges abzusehen, warum ihm hierbey die Freyheit der in hiesigen Landen üblichen Verjährung der Wechsel zu entsagen nicht frey stehen möge, da dergleichen Entfagung in der That weiter nichts in sich fasset, als das der Schuldner angeführtermassen, die Erlöschung seiner Verbindlichkeit auf die in den gemeinen Rechten festgesetzte Verjährung hinaus stellet, zumahl, da letztere an sich in Wechsel-Sachen nicht ganz ausgeschlossen, vielmehr in dem Falle, wenn in einer Wechsel-Ordnung von einer gewissen Verjährungs-Zeit nichts enthalten, die Verordnung der übrigen bürgerlichen Gesetze auch hierinnen zur Richtschnur dienet:

LVDOVICI Einleit. zum Wechsel-Proceß Cap. IX. §. 23.

SIEGELS Einleit. zum Wechsel-Recht P. I. C. IV. §. 9. in dessen Betracht bewährte Rechtslehrer mit Gründe behaupten, das der Renunciacion der Verjährung, wie überhaupt, also auch in Wechseln ihre rechtliche Wirkung keinesweges abzuspochen sey:

STRYCK Caut. Contract. Sect. I. Cap. V. §. 25. Sect. II. Cap. VIII. §. 57.

GOTTF. WILH. KÜSTNER Diff. de menstrua et annali praescriptione lit. camb. ad §. XXXII. Ord. Camb. Lipsiae 1711. hab. §. 57.

SIEGELS fürsichtiger Wechsel-Gläubiger P. I. C. 3. §. 7. n. IV. ibique Excell. SCHÖPFL.

X

- I. So ist erkens der von A. b. A. A. auf 717 Rthlr. 12 gr. ausgeellte Wechsel nach Verflufs eines Jahres und Tages, von der Verfallzeit an gerechnet, für verjährt und ungültig nicht zu achten, auch
- II. Die Renunciacion der Verjährung bey Wechseln in denen Gesetzen keinesweges verboten, und solcher Entfagung die rechtliche Wirkung nicht abzuspochen. V. R. W.

Sed indicenda nunc sunt solemnia, quibus

VIR

AMPLISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS

M. IO. SAMVEL TRAVG. GEHLER

GORLICIO - LV SATVS

Iuris vtriusque Doctor creabitur, qui de vita sua, quae putet commemoranda, haec fere habet:

Suscipit me pater, IO. GVILIELMVS, I. V. D. et urbis Gorlicensis consul, anno seculi, quo viuimus, LI, e coniuge IOHANNA SOPHIA KOBERTA, quam, vt Deus superstitem diu ac sospitem seruet, summa cum pietate precor. Vt vero in patre optimo erat et spectata probitas, et ingens litterarum, Philosophiae inprimis et Mathematicum amor, ita et in me educando, animoque et ingenio ad optima quaevis informandis nec diligentiae quidquam omisit, nec operae pepercit, vsus in ea re eum praeceptore domestico RISSMANNO, Viro praeclare de me merito, tum propria in tradendis Mathematicum elementis doctrina. Natum deinde annos XI. commisit me curae et institutioni Virorum celeberrimorum, BAYMEISTERI, GEISLERI, GROSSERI, bonas artes in Gymnasio Gorlicensi docentium, quorum egregiae doctrinae debeo inprimis earum, quibus iuuenes ad humanitatem erudiri solent, litterarum notitiam. Accidit interea anno LXV, quod non sine luctu refero, vt optimum parentem, graui iam dudum morbo confectum, fata eriperent. Quo casu afflicta et conturbata mater praestantissima continuo Lipsiam me dimittendi consilium cepit. Ibi enim frater IOANNES CAROLVS, Med. D. nunc Physiol. P. P. O., quem tacere pietas vetat, laudare modestia, videbatur a Deo O. M. in parentis velui locum

cum suffectus, quam ille provinciam ut lubens suscepit, ita sustinuit summa cum fide et paterna ista, quae omnis in eum transit, probitate. Ad quem cum accessissem anno LXXVI., Rectore BELIO, iam triennio ante inter cives Academicos a. b. LUDWIGIO relatus, interesse coepi scholis WINCKLERI philosophicis et physicis, mathematicis, quas potissimum adamarem, HEINSII, RYDOLPHI, BORZII, litterariis CLODII, rhetoricis, graecis et latinis MORI, audiuique ERNESTIVM, historiam catholicam, archaeologiam litterariam, et Ciceronis quaedam enarrantem, nec non LUDWIGIVM, botanicas, fratremque, mineralogicas chemicasque scholas aperientes. Deinde ad iuris scientiae studia conuersus, hanc eorum rationem tenui, ut legum Romanarum causa adirem SAMMETVM, SCHOTTVM, ZOLLERVM, Canoniarum gratia HOMMELIVM, artis disputandi exercitia instituerem apud EINERTVM, hisque iungerem historica in scholis BOECKMII. Neque tamen eo ipso tempore plane absui a rerum Mathematicarum et Physicarum studio, quod alebat paternae institutionis suauissima memoria, adique WITZLEBIVM et b. HAVBOLDVM, qui me anno LXXI. in societatem defendendi libelli, *de thermometro Reaumuriano* conscripti, adsciuerat. Ex eo vero tempore inprimis expertus sum insignem fauorem, et fratris et MENKENIAE domus, quae auitam nominis celebritatem cum maxime ornat et sustinet, in qua tam liberaliter me haberi meministi, ut Lipsiam, ad quam urbem peregrinus et hospes accessissem, alteram mihi, eamque amoenissimam, nactus viderer patriam. Accessit SCHOTTI beniuolentia, qui anno LXXIII. domicilio me exciperet, et nobilibus aliquot adolescentibus Ruffis studiorum comitem adiungeret, qua ego liberalitate usus et variam litterarum doctrinam regustavi, et Amplissimi Philosophorum Ordinis honores anno LXXIV. impetraui. Inde me dubitatem aliquamdiu, et quo me verterem, nescium retinere Lipsiae liberalitas fratris cum coniuge optima, (de qua, rebus humanis iam erepta, plura me dicere vetat dolor et luctus) et tot amicitiae beniuolentiaeque arcus in dies contracta vincula, ut constituerem tandem

istam urbem, in qua tam multa iam ex voto cessissent, perpetuam fortunarum sedem et domicilium eligere. Ut vero proferrem quaedam e tenui doctrina, e quibus intelligeretur, quid opera mea in litterarum studio posita profecissem, proposui anno superiori conscripta a me *historiae logarithmorum naturalium primordia*, quibus e cathedra defendendis publicam docendi potestatem adeptus, iuris quoque scientiam Illustri ICTorum Ordini explorandam offerre ausus sum.

Sustinuit itaque tam pro Candidatura, quam rigorosum, quod vocant, examen, et in utroque ingenii praestantiam pariter, quam iuris scientiam haud vulgarem Ordini nostro ita comprobavit, ut unanimi omnium suffragio iuribus Doctorum, quae sunt praemia virtutis, prae caeteris dignus iudicaretur. Igitur proximo die Mercurii XXVI. Febr. consuetis pro Licentia lectionibus l. 8 C. qui test. fac. poss. explicabit, sequenti vero die Iouis disputationem *de laesione emtoris ultra dimidium recte computanda*, ab ipso conscriptam, sine Praeside defendet. Sequentur deinde supremi, quos petit, honores, quos ei Vir Illustris atque Magnus, IOSIAS LYDOVICVS ERNESTVS RÜTTMANN I. V. D. Tit. de V. S. et R. I. Antecessor ordinarius, Collegii ICTor. Assessor. fautor atque collega longe honoratissimus, cui ex decreto Ordinis Promotoris munus delegavi, cum omnibus privilegiis atque in rebus, huic dignitati adhaerentibus, sola spe, ad Ordinem nostrum aspirandi, excepta, tribuet atque concedet.

Quam solemnitatem, ut *RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS*, *COMITES ILLUSTRISSIMI*, *PRO CERES VTRIUSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMI*, *CIVES DENIQUE GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE* praesentia sua honorifica splendidiorem reddere ne dedignantur, observantissime rogo. Dab. Lipsiae d. XXIII. Febr. MDCCCLXXVII.

---

EX OFFICINA BREITKOPFIA.

Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle

004 568 583



3

fb  
sb:





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres

B.I.G.

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Farbkarte #13

1777, 26 = 6

ANCELLARIUS  
DER. SIGISM. GREEN  
FACVLT. IVRID. LIPS. ASSESSOR,  
SQUE SENATOR  
TROQUE IVRE HONORES  
IMO ATQVE DOCTISSIMO  
EL TRAVG. GEHLER  
LICIO - LVSATO  
FEBR. CIOICCLXXVII.  
FERENDOS  
INDICIT

*one praescriptionis in cambio.*

